

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Corollarium

urn:nbn:de:bsz:31-102400

COROLLARIUM.

Docet Aristoteles *I. Prior. c. XIX.* ex pluribus propositionibus necessariis, necessariam sequi conclusionem in omnibus figuris. Non pauci hæc Philosopho discedunt, eâ de causâ, quod si in tertiâ figurâ ex utraq; præmissarum necessaria semper inferatur necessaria conclusio, fiat, ut præmissæ veræ sint, conclusio falsa. Vir quidam magni nominis *Lib. IV. Inst. Log. c. XIX.* adducto hoc syllogismo: Necessè est, omne constans materiâ & formâ esse quantum. Necessè est, omne constans materiâ & formâ esse substantiam. Ergo necessè est, quandam substantiam esse quantum. Conclusio hæc, inquit, falsa est. Necessarium enim illud est, quod se aliter habere requirit. At potest substantia esse, licet non sit quanta. Affectio enim speciei, ut & ipsa species de genere accidentaliter vel contingenter prædicatur. At nos & conclusionem illam veram esse, & spe-

ciem affectionemque ejus de genere necessariò, imò & per se, & essentialiter prædicari censemus. Argumentum ita: Nullum animal est necessariò & per se homo, capax disciplinæ. Omnis homo est animal. Ergò nullus homo est necessariò & per se homo, capax disciplinæ. Conclusio tam falsa est, quam quod falsissimum. Cum ergò minor verissima sit, neque in formâ argumentandi quicquam desiderari possit, necesse est, majorem propositionem, in qua species & affectio speciei affirmatur de genere, esse falsam. Si major est falsa, ergò contradictoria ejus: Quoddam animal est necessariò & per se homo, capax disciplinæ; vera est.



Disp

AGEN

JACO

Non quoad
quodlibet

rum, quod

tur in

IV

N
P
c
alibet lapis
ducenda
quodlibet
cere valet

Disp